



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 18. Caput I. De reali præsentia Christi Domini in Eucharistia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

VII.
nam
bus,
qui
gita-
rtes
hoc
vo-
: Zi-
his-
no-
ctri-
ctæ
uam
sua,
uni-
nos
pu-
Sa-
nce-
divi-
tri-
cho-
Do-
udi-
om-
e-
que
i fi-
anc-
do-
uam
am.
at-

atque definitum. Absoluto hoc decreto octo sequentia recitabantur capita.

Sæcul. XVI.
A.C. 1551.

§. XVIII.

C A P U T I.

De reali præsentia Christi Domini in Eucharistia.

„Principio docet sancta Synodus, & Labbe t. c.
„aperte, ac simpliciter profitetur in Pallav. l. 12. c.
„almo sanctæ Evcharistiæ Sacramento, Raynald l.
„c. n. 43.
„post panis, & vini consecrationem, Psalmæus
„Dominum nostrum Jesum Christum ve- p. 235.
„rum Deum, atque hominem, vere,
„realiter, ac substantialiter sub specie
„illarum rerum sensibilium contineri,
„nec enim hæc inter se pugnant, ut
„ipse Salvator noster semper ad dextram
„Patris in cœlis assideat, juxta modum
„existendi naturalem, & ut multis ni-
„hilominus aliis in locis Sacramentali-
„ter præsens sua substantia nobis adsit,
„ea existendi ratione, quam etsi verbis
„exprimere vix possumus, possibilem
„tamen esse Deo, cogitatione per fi-
„dem illustrata, assequi possumus, &
„constantissime credere debeamus: Ita
„enim majores nostri omnes, quotquot
„in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui
„de sanctissimo hoc Sacramento disse- Matth. c. 26.
„ruerunt, apertissime professi sunt, hoc v. 26. § 28.
„tam admirabile Sacramentum in ulti- Marci c. 14.
„v. 22. § 24.

Sæcul. XVI. „ma Cœna Redemptorem nostrum in
A.C. 1551. „stituisse: cum post panis, vini que be-
Luc. c. 22. „nedictionem, se suum ipsius Corpus
v. 19. & 20. „illis præbere, ac suum Sanguinem,
1. Cor. c. 11. „disertis, ac perspicuis verbis testatus
v. 24. & 25. „est; quæ verba a sanctis Evangelii
„stis commemorata, & a S. Paulo po-
„stea repetita, cum propriam illam,
„& apertissimam significationem præ-
„seferant, secundum quam a Patribus
„intellecta sunt, indignissimum fane
„flagitium est, ea a quibusdam conten-
„tiosis, & pravis hominibus ad fictitious,
„& imaginarios tropos, quibus veritas
1. ad Tim. „Carnis, & Sanquinis Christi negatur,
cap. 3. „contra universum Ecclesiæ sensum de-
„torqueri: quæ tanquam columnæ, &
„firmamentum veritatis, hæc ab impiis
„hominibus excogitata commenta ve-
„lut sathanica, detestata est, grato
„semper, & memori animo præstan-
„tissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

§. XIX.
C A P U T II.
De ratione institutionis SS. Eucha-
ristiæ.

1. Cor. c. 11. „Ergo Salvator noster discessurus ex
v. 26. „hoc mundo ad Patrem, Sacra-
Joan. c. 6. „mentum hoc instituit, in quo divitias
v. 56. „divini sui erga homines amoris velut
„effusæ.